



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 33. Epistola Papæ ad Paulum Contantinopolitanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

Sæculum VII
A. C. 644.

§. XXXIII.

*Epistola Papæ ad Paulum Constanti-
nopolitanum.*

to. 5. Conc.
p. 1777.

p. 1778.

Sup. n. 24.

Theodorus Papa acceptis litteris Synodalibus Pauli, novi Patriarchæ Constantinopolitani, & illorum Episcoporum, qui eum ordinaverant, ad Paulum scripsit in hunc modum: *Ex lectione Epistolarum tuarum cognovimus, Fidem tuam puram esse & nostræ consentaneam. Unde ergo est, quod Edictum, in locis publicis non sine maximo Ecclesiarum scandalo pendens (nempe Heraclii Ectesin) non abstuleris? Tum Papa profequitur: Si hoc Edictum tibi probatur, cur in litteris tuis Synodalibus mentem tuam nobis non aperuisti? si Fides in tot Conciliis confirmata ab Heraclio & Pirrbo corrigi debuit, frustra eam Patres maxima, qua fieri potest, diligentia examinarunt, & mortui Beatitudinem, quam sperabant, non sunt adepti.*

Ceterum non modice miramur, quod Episcopi, a quibus consecratus es, Pirrbum Titulo Sanctissimi Viri decoraverint, dicentes, tumultum & odium plebis causam fuisse, cur Ecclesiæ Constantinopolitanæ renunciaverit. Unde hæsitavimus, an non expediret litteras vestras repellere, usque dum Pirrbus deponeretur; nam tumultus & invidia populi neminem

nem Episcopatu privant. *Quamdiu Pirr-* Sæculum VII
A. C. 644.
bus in vivis est, non damnatus, timendum
est Schisma, & ut Ordinatio tua rata
babeatur, convocandum est Concilium vi-
cinorum Episcoporum. In hunc finem
dedimus Mandata nostra Serico Archi-
diacono, & Martino Diacono & Apo-
crisiario, a nobis delegatis, qui nomine
nostro interfint, & tecum Causam Pirr-
bi juxta Canones ad examen vocent. I-
pfius enim præsentia non est necessaria,
cum Scripta ejus teneatis, & delicta sint
omnibus nota.

Quandoquidem Pirrbus primo dilau-
davit Heraclium, qui Patrum fidem da-
mnavit. Deinde approbavit, & subscri-
psit Epistolæ Sophisticæ, quæ pseudo Sym-
bolum Fidei continet (nempe Ecteli)
quosdam Episcopos suis artibus deceptos
domi suæ compulit, ut subscriberent, at-
que ausus est velle, ut in foris publicis
affigeretur. Ab Antecessore nostro mo-
nitus, contempsit, & scandalum tollere
noluit. His omnibus in vestro Concilio
examinatis, Pirrbum Sacerdotio private.
Sic veræ Fidei consuletis, & ordinatio-
nem tuam stabilietis. Si Pirrbi Sectato-
res obstant, & Schismatis causa sint,
eorum technæ eludi possunt, si Pirrbus
Romam, impetrato Imperatoris mandato,
mittatur, in nostro Concilio judicandus,
quod ut jubeat, Imperatorem datis litte-

Sæculum VII *ris rogavimus.* Ex hac Epistola vide-
 A. C. 644. mus, Pirrhum necdum in ullo Judicio
 v. Combes. Canonice fuisse damnatum. Martinus
 hist. Monoth. Diaconus Apocrisiarius Constantinopoli
 6. 13. idem est, qui post hæc in S. Petri Cathe-
 dra collocatus fuit.

Epist. 9. p.
1781.

p. 1780.

Theodorus Papa eadem ferme Epis-
 copis, qui Paulum ordinaverant, scri-
 psit, & Constantinopolim Decretum mi-
 sit, publice proponendum, quo omnia
 a Pirrho contra Fidem prolata rejicit,
 & anathematizat Edictum publice affi-
 xum, nempe Ectesin, quam studiose nun-
 quam nominat.

§. XXXIV.

*Querelæ contra Paulum Constantino-
 politanum motæ.*

Conc. Lat.

Secr. 2. p. 121

At Paulus Patriarcha monitis Summi
 Pontificis morem non gessit, ad quem
 contra illum querelæ ex diversis locis af-
 ferebantur. Sergius, Metropolita in In-
 sula Cypro, anno 643. Indictione prima
 oblato Papæ libello S. Sedis Auctori-
 tem, in Potestate S. Petro (*) collata
 fundatam agnoscit, seque Fidei S. Leo-
 nis inseparabiliter inhæreere profiteretur.
 Ectesin anathematizat, & quæritur, eam
 Constan-

(*) Quid ad hæc Protestans noster Interpres,
 ejusmodi omnium Sæculorum testimoniis a Fleu-
 rio excerptis convictus?